


## De Characteribvs Antichristi Potissimas Positiones

Marpurgi Cattovm: Typis Philippi Casimiri Mülleri, [1750?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218570X>

Druck Freier  Zugang







385

a. B.  
48. 6. 8.

18

Fa-1092 (18.)



2.  
23.  
3.  
22.  
4.  
21.  
5. 10.  
6. 9.  
7. 8.  
17.  
8.  
16.  
9.  
15.  
10.  
14.  
11.  
12.







2.  
23.  
3.  
24.  
4.  
21.  
5.  
20.  
6. 19.  
7. 18.  
8. 17.  
9.  
15.  
10.  
14.  
11.  
12.







2.  
3. 23.  
4. 22.  
5. 21.  
6. 20.  
7. 19.  
8. 18.  
9. 17.  
10. 16.  
11. 15.  
12. 14.  
13. 13.  
14. 12.  
15. 11.  
16. 10.  
17. 9.  
18. 8.  
19. 7.  
20. 6.  
21. 5.  
22. 4.  
23. 3.  
24. 2.  
25. 1.

















POTISSIMAE POSITIONES,  
DE  
CHARACTERIBVS  
ANTICHRISTI.

§. I.

**A**NTICHRISTVM *vi vocis* significare, qui contra optimum nostrum Seruatorem, Dominum IESVM CHRISTVM militat, et hinc inde ea infringere studet, quibus ille qua talis a nobis cognosci debet, ex natura linguae, et aliis Christianis facile notis atque communibus ideis patet. Vti autem egregia plane sunt elogia, quae CHRISTVS in diebus carnis, de se ipso et sua cum patre intima connexionem atque vnione produxit, cum dixit: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Et qui conspicit me, conspicit eum, qui misit

A 2

23.  
3.  
22.  
4.  
21.  
5.  
10.  
6.  
9.  
18.  
87.  
9.  
15.  
10.  
14.  
11.  
12.



*misit me, Ioh. XII, 44. 45. Ego et pater vnum sumus, Ioh. X, 30.; ita etiam Antichristi generatim sumti definitionem, doctrinae CHRISTI conformem, proposuit Apostolus IOHANNES Epist. I. cap. II, 22. Quis est mendax, inquit, nisi qui negat IESVM esse CHRISTVM illum? Hic est ANTICHRISTVS, qui negat Patrem et Filium. Rationem definitionis Apostolus proponit in subseq. 23. v. Quisquis negat Filium, nec Patrem habet: qui agnoscit Filium etiam Patrem habet. Quae Apostoli verba, in omnibus cum CHRISTI ipsius dogmatibus quam accuratissime consentiunt.*

## §. II.

Quod in termino. *Negant*, quo vtitur Apostolus, peculiaris eius significatus, quem hoc loco habere potest, attendendus sit, auimo. *Ignorans rem quandam*, eam non statim *negat*; Res se habet eodem modo, uti in Philosophia dicimus: ubi non est *Volitio*, ibi non statim est *Nolitio*; sed ibi potest esse status indifferentiae. Itaque, qui ignorat Patrem et Filium per ignorantiam inuincibilem, uti est in brutis, non statim Antichristus nominandus est. Id quod moneo, ut exinde pateat, quod in Antichristo sit aliquid magis, quam indifferentia quaedam respectu Patris et Filii, et quod, qui hoc nomine, summo tamen sibi dedecori dignus est, actu etiam contra utrumque militet. Quod forsitan et ratio fuit increpationis Christi Matth. XI, 20-25. *Vae tibi Chorazin: vae tibi Bethsaida; nam si Tyri et Sidone editae fuissent virtutes, quae editae sunt apud vos, olim cum sacco et cinere resi-*



resipuissent; *Quin etiam dico vobis: Tyro et Sidoni tolerabilior erit conditio in die iudicii quam vestra. Et tu Capernaum, quae es usque ad coelum sublata, usque ad inferos deprimeris; nam si Sodomis editae fuissent virtutes, quae editae sunt apud te, mansissent usque ad hodiernum diem. Quin etiam dico vobis: terrae Sodomorum tolerabilior erit conditio in die iudicii, quam tua.* Notatu autem quoad praesentem materiam dignissima sunt, et ea quae dixi, mirifice illustrabunt, quae Christus statim a v. 25. usque 28. subiungit: *Gloriam tibi tribuo Pater Domine coeli et terrae, quod haec occultaueris a sapientibus et intelligentibus: et ea retexeris infantibus: Etiam pater, quia ita placuit tibi. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: et nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quisquam nouit, nisi Filius, et cuiusque voluerit Filius retegere.*

## §. III.

Quamuis ille, qui Patrem et Filium ignorat *non absolute Antichristus nominandus sit, (§. II.); tamen non sequitur, ut ille qui non negat Patrem et Filium, sit CHRISTI.* Non enim esse Antichristum, et esse CHRISTI a se differunt. Quicumque enim non est Antichristus, Filium quidem non negat (§. cit.) interim potest fieri, ut eundem etiam non confiteatur, sed plane indifferens ratione eius esset. Apostolus autem inquit: *At quicumque Spiritus non proficetur, Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo non est: sed hic est ille Antichristi, quem audistis venturum fuisse, et iam nunc in mundo est, 1. Ioh. IV, 3.* In eis, qui sunt CHRISTI est Spiritus CHRISTI, Rom.

A 3

VIII,



VIII, 11. *a quo aguntur*, v. 14. et qui itaque indifferentes eos esse non patitur. Confer. v. 19. *seqq.*

§. IV.

Qui adfirmat, Deum esse *Deum Abrahami Isaaci et Iacobi*, verum quidem Deum atque Iehouam statuit. Attamen ex eo nondum titulo Antichristi liberatur. Ita etiam, si concederet *existentiam Entis summi*, quod coelos et terram produxit, tamen idem nondum eodem titulo liber existit. Ex eo enim, quod aliquis adfirmat, existere Deum, qui sese mirifice reuelauit ipsi Abrahamo Isaaco et Iacobo, non sequitur, vt idem semen illud benedictum in Isaaco promissum, Rom. IX, 7. adfirmet. Quodsi itaque cum priori dogmate et hoc indiuisse non connectat, Antichristus est. I. Ioh. II, 22. 23. vbi ille, qui *filium negat*, et *Patrem negare*, consequenter *Antichristum esse* dicitur. Conf. I. Ioh. III, 2. 3. Idem ratione posterioris membri facile concipitur. Haec omnia maxime quadrant in *judaeos deprauatos*, qui et ipsis Christi temporibus eius negarunt diuinitatem, et omnium nefandissimo modo Antichristi naturam induerunt. Ob bonum opus, dicebant Iudaei, Ioh. X, 33. *non lapidamus te, sed ob blasphemiam, id est, quia tu homo quum sis, facis te ipsum Deum.* Eiusdem farinae sunt *Muhammedani, Naturalistae*, et indistincte omnes, qui ad horum numerum referri possunt. Priores enim dum *Deum esse vnum* quidem adfirmant, tamen ex doctrina nefanda ipsius Muhammedis, Sura V. 19. infidelitatis nota adspargunt, qui *Deum esse Christum* dixerunt. Plura in compendio redacta, videas apud STAFFERVUM  
in



*in Theol. Pol. Tom. III. Cap. XI. Sect. II. §. XIV. seqq.*  
 Cum porro *Naturalistae* propriam etollendo rationem,  
 religionem *reuelatam falsam* calumnientur, aequè  
 CHRISTVM, praeter quem aliud fundamentum  
 poni nequit, excludunt, et ita vterque ostendit,  
 quod a *Spiritu CHRISTI non regatur*. Concede-  
 runt itaque Creatorem coeli et terrae: eundem vero  
 Patrem Domini IESV CHRISTI negant; spiritu  
 itaque ducuntur, qui est *non Dei*. Ergo sunt Anti-  
 christi, 1. Ioh. II, 23. III, 2. 3. Huic classi omnes  
*Antitrinitarii* annumerari merentur.

## V.

Antichristus est, qui Patrem et Filium negat,  
 (§. I.). Atqui cum illud ipsum, quod a principio audi-  
 uerunt discipuli Filii a Filio, in eis manere debeat, et  
 cum, uti Apostolus pergit, verum sit, quod si in vobis  
 manserit, quod audiuitis a principio, vos quoque in Fi-  
 lio et Patre manebitis 1 Ioh. II, 24. sequitur, ut et illi  
 Antichristorum numero adscribendi, qui non perse-  
 uerarunt in purissima Euangelii veritate, uti eam ab  
 Apostolis acceperunt; quare etiam falsi Prophetae in  
 quibus est Spiritus Antichristi 1 Ioh. IV. 1. 3. seducto-  
 res 2 Theff. II. 10. 1 Ioh. II. 26. nominantur. Huius  
 ratio etiam sine multo negotio patet. IESVS enim  
 est pastor bonus Ioh. X, 12. 14. agnoscit suas oves et ab  
 eis vicissim agnoscitur. I. c., quapropter vocem eius  
 audiunt, eum sequuntur I. c. v. 34. Non itaque nisi  
 Antichristi nominandi, qui purissimam optimi Pro-  
 phetae vocem suis sordibus contaminare studuerunt.  
 Cha-



Characteres sunt in manifesto, et vterius deduci possent, si necessarium esset, luci tam clarae novos addere radios.

## §. VI.

Ex hisce omnibus eminet, Antichristum non solum in singulari quadam persona quaeri, sed et in integris coetibus et per varia et innumerabilia subiecta dispersum posse deprehendi; quia vterque modus Filium et Patrem negandi locum habet. Eam ob rem etiam Apostolus testatur, tunc temporis, quo scripsit dictus Apostolus *Antichristum iamiam extitisse*, 1 Ioh. IV. 3., imo multos factos esse *Antichristos* l. c. Cap. II. 17. Hoc autem modo vel singula ecclesiae cuiusdam, membra contra Christum militant, vel tantum quaedam eius membra veritati salutari, vel occulte vel manifesto resistunt. Priori modo integra ecclesia a verbo Iesu Christi recedens est Antichristiana. Vti autem humanae vires impedire non possunt, quo minus Deus ipso dominante Antichristo, et in eius sinu veritatis testes excitet, ita etiam Ecclesia Christi militans nondum ad eum gloriae atque summae victoriae apicem euecta est, ut ea non hic et ibi huius et illius *Antichristi insultus pati debeat*.

## §. VII.

Antichristus autem vel aperte vel occulte veram atque puram Ecclesiam Christi infestat. De persecutionibus apertis, quippe quae euentissimum Antichristi vti ex antecedentibus cognoscitur, sunt signum



ANTICHRISTI.

signum atque character, non opus est, vt hic multis dicam. *Occultae eius insidiae* parantur, quando instar diaboli, angelum lucis mentiti, speciem ecclesiae verae prae se ferre studet. De eiusmodi Antichristis, se sponsae Christi externe adsociare conantibus, queritur optimus Seruator, Apoc. 11. 13. 14. 15. 111. 1. 2. 3. 4. 5. Delineationem exactissimam horum seductorum PAVLVS dedit, 2 Tim. 111. 1-9. inter alia dicens: *eos habere formam pietatis, sed vim eius abnegare.* Quod congruit dictis CHRISTI: *Caute vobis a pseudo-prophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.* Characteres eorum leuissime deteguntur; *A fructibus, est consilium CHRISTI, 1. c. v. 6. eorum agnosceitis eos.* Quinam autem sint hi fructus, quibus et Antichristi, et ei, qui sunt Christi, agnosci debent, docent verba v. 21. 22. et 23. *Non quisquis qui dicit mihi: Domine, Domine! introibit in regnum coelorum, sed qui facit, quod vult Pater meus, qui in coelis est.* Multi dicent mihi die illo: Domine, Domine, nonne nomen tuum prophetauimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et per nomen tuum multas virtutes edidimus? Tunc autem profitebor eis: Certe nunquam noui vos: *discedite a me, qui operam datis transgressioni legis: Quisquis igitur audit ex me sermones istos, et eos praestat, assimilabo eum viro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram.* Generatim: Ex hoc cognoscite Dei spiritum: *Quicumque Spiritus profitetur IESVM CHRISTVM in carnem venisse, ex Deo est. At quicumque Spiritus non profitetur IESVM CHRISTVM in*

B

carnem



*carnem venisse, ex Deo non est: sed hic est Antichristi.*  
1 Ioh. IV. 2. 3.

## §. VIII.

*Peculiarissima* plane *Antichristi reuelatio* describitur ab Apostolo PAVLO 2 *Thef. II. 3-13.* Hunc *Filium perditionis* non esse confundendum cum eis, quos Scriptura Antichristos simpliciter nominat, variae suadent rationes. Nimirum, mens mea haec est: Filius hic perditionis et homo peccati, quidem est Antichristus quidam, qui in sua superbia Deum et consequenter Patrem ac Filium non agnoscit, et itaque notas malitiae summae et contradictionis, qua militat contra Christum, iniustas habet. At peculiare quoddam hic Antichristus est indiuiduum, quod indiuidualiter Homo peccati et Filius perditionis appellatur, et singularibus seu indiuidualibus notis ab Apostolo, dicto loco describitur. Quodsi nomen eius vis scire, Leonem ex ungue facile cognosces. Conferri interim possunt, quae in Apocalypsi passim dicuntur.

## §. VIIII.

Multa sunt, quae speciatim, quam de hocce Filio perditionis, quam Antichristo dici possunt, et quae partim eius originem, incrementum aequae ac decrementum concernunt. Sed tam multa sunt, quae hic delineari non possunt. Quapropter ea diligentibus S. Scripturae scrutatoribus relinquimus, quae Scriptura eis, dum Thesaurus est veritatum saluberrimarum, ex asse satisfaciet.

I. FRAN-



I.  
FRANCISCUS LAMBERTVS: *in caus. ex-*  
*coecat. saeculor. multor. in Prolog.*

„Tolerabilior quippe fuit, quorumvis tyrannorum, in creden-  
tes etiam saevissima crassatio, qua aperti veritatis hostes pro  
suis idolis, contra Christum praeliabantur. Nam hi (Anti-  
tichristi, nomen Christianorum gerentes) se Christianos esse  
adserunt, cum nihil minus sint, et nemo plus illis Christo et ve-  
ris Christianis aduersetur.

## II.

Ratio, ex qua interitus eorum, qui Exod. XXII. 27. re-  
censentur, explicandus est in v. 35, quaeri deber; alias con-  
cipi non posset, quare Deus eiusmodi mandatum, ut descri-  
bitur, Levi filiis iniunxisset.

## III.

Quid sit: *inuocare nomen Dei* Genes. IV. 26. euidenter  
explicatur Exod. XXXIII. 19. XXXIV. 5.

## IIII.

1 Cor. III. 11-16. *varii Fidei saluificae gradus*, eiusque  
*varii effectus* recensentur.

## V.

Ier. XXIII. 28-33. *regulae videri possunt*, secundum  
quas *genuinae*, et ex ipsa *Scriptura haustae doctrinae*, ex earum  
effectu diiudicandae sunt.

## VI.

*Paradisi limites, confinia et cetera ut sunt eius pertinentia*  
satis clare describuntur Genes. II. 8-16.

## VII.

Superuacaneum itaque est, de situ ipsius Paradisi *innu-*  
*meras plane*, deferendo *Scripturam*, *instituire quaestiones.*

## VIII.

Ex *hodierna amoenitate alicuius regionis* et concurren-  
tia aliorum quorundam *characterum*, *ad situm Paradisi con-*  
*cludi nequit.* Genes. III.





## VIII.

Quapropter etiam simpliciter adseri nequit, *Paradisum fuisse in Armenia.*

## X.

Genes. VI. 7. Moses *ortum animarum humanarum* explicare videtur.

## XI.

Multa atque infinita in S. S. consignata sunt mysteria, quorum vero *figilla* nemini nisi *fidelibus* resignantur. Prov. III. 32.

## XII.

*Aditus* autem ad haecce mysteria et sensum possessionis bonorum N. T. *non est difficilis*, quia Spiritus ipse omnia in fidelibus efficit et operatur. Conf. Esai. LVII. 13. 17. 18. 19. Rom. VIII. 14. Gal. V. 18. 1 Tim. IV. 8.

## XIII.

LVCAM interdum ex relationibus vel epistolis Apostolorum *ipsissima* eorum in Actis *allegasse verba*, valde probabile est.

## XIII.

*Diabolus* est proprio nomine *Antichristus* et *Dux* omnium, qui Christo aduersantur. Genes. III. Matth. VI.

## XV.

*Felicissimus Ecclesiae Christi status*, in quo omnes eius inimici *infringuntur* et *tolluntur*, *futurus est*.

## XVI.

Hunc Deus *celeritate*, et quasi ex improviso restituer. Esai. LX.

FINIS.





# Index.

- 1.) Car. Bruch (J. P. S. Baumgarten) de variis modis abutendi Evangelio.
- 2.) So. Rud. Ant. Piderit de Characteribus Antichristi.
- 3.) Just. Christ. de Glancy de Sura docendi in conventibus facris.
- 4.) So. Andr. Tütinger (J. P. S. Baumgarten) de Sacramentis generatim spectatis.
- 5.) Cabr. Joh. Speck (J. P. S. A. Hartmanni) de Conspiciatione nullo modo haeretica.
- 6.) Joh. Tilmann d. Schenck de morte fidelium temporali.
- 7.) So. Mart. Chladenius de morte fidelium post devotam a servatore mortem residua nihil paradoxi. *(Cubitus.)*
- 8.) Bernh. Georg. Gredmann (J. P. S. Baumgarten) Historia doctrinae de statu animarum separatarum.
- 9.) So. Christ. Hebenstreit Dissquisitio: Num Moses in formanda sua gentis Republ. de futuris promissis aut poenis cogitaverit, eorum aliquam mentionem fecerit?
- 10.) Phil. Jac. Ammendorf de convenientia novissimi Iudicii cum Legislatione. *Diss. prior*  
*Diss. posterior*
- 11.) Gottl. Wernsdorff Dissquisitio: Utrum forsan nonnulli p̄i ante diem extremum resurgant?
- 12.) Gottl. Joh. Winckler (J. P. S. Baumgarten) Concentratio quorū Oratio, Meditatio, Tentatio faciunt Officiū Theolog.
- 13.) Gottl. Müller de Excellence Theologiae.
- 14.) Rud. Diet. Lohemanni Dissquisitio: Num mens hilarior, an tristior Ministris Cul. proba magis deest?
- 15.) So. And. Frid. Schiller (J. P. S. Baumg.) Fuga Christianorum & infp. Sacerdotu ad trutinam Sat. & Revel. exacta.
- 16.) Hier. Dan. Schlunius (Prof. Pub.) de Cutione necessaria in quæstis de Disiplina in Eccl. ara depicta infpaurandæ, *Dissquisitio.*
- 17.) So. Georg. Knappius de Statu temporum nato Christo & de singulari plane temporis nostri signo.
- 18.) Laur. Reinhardt Diagraphia & Prodomus Theologiae Eccegeticae.
- 19.) Hier. Georg. Glöckner Examen rationis interpretandi a Westhenio *plena* m̄z adhibita.
- 20.) Just. Georg. Zethner Evangelium tetragagagiarum e. N. T. exulari.
- 21.) Car. And. Francke (J. P. S. G. Michaelis) de Iosepho, typo Messia admodum perfecto.
- 22.) Joh. Fried. Stoy (J. P. S. S. Pfizeri) de Beneficiis Typicis.






































NTISSIMO DISSERTATIONIS HVIVS  
TORI AC DEFENSORI  
VILIELMVS BAIERVS, D.  
S. D.

non est virtutis Tuae doctrinaeque praestantia, Vrbi  
non minus quam huic Academiae spectata, ut nostro  
quam indigeas testimonio, ea quoque ingenii Tui  
ut pro meritis collaudari neque cupias, nec omni-  
nen, cum iam eo loco res sit, ut recte honesteque  
iae Tuae curriculo, in alias demigraturus regiones,  
eclarum hoc eruditionis statuas monumentum, non  
item Te prosequi gratulatione, votis denique &  
Deus, quem pura mente colis, cuius benefacto-  
tam dilerte religioseque celebras, ubivis locorum  
bet, *Amice carissime*, & multis gratiae suae mune-  
riae reddat, cui amplissimo quondam sis ornamen-  
em Venerando sincerum ac diuturnum praebeas  
tis. Vale.

SIMO HVIVS DISSERTATIONIS  
AVTORI  
S. D.  
PRAESES.

*m mibi aperires mentem de edendo publico specimine,  
is, non sine laude apud nos tractatis, imponeres co-  
ne inde consilium ac praesidium qualecunque efflagita-  
laetitiae simul argumentum suppeditasti. Obversa-  
ria utriusque Tui Avi, Paterni & Materni me-  
m ego ut Sponsorem baptismalem, hunc ut Socerum,  
riusque fata, sancte colo, quorumque Te, non minus*

af